

Aduertencias para

monachis præfatis potestatem dabat, sed quibus hanc potestatem det, declarat, cum subiungit. Qui peritiam canonum habent, quasi dicat Papa ipsi Abbati. Onero tuam conscientiam, vt hanc potestatem non nisi peritis in iure canonum cõmittas. Circa hoc igitur sunt discreti prælati Mendicantium, vt nõ nisi talibus concedant licentiam vtendi prædictis gratis, de quibus intelligit cõcedēs, scilicet Summus Pontifex, alias Ecclesiæ, & Summo Pontifici infideles erunt, & tot animarum rei inuenientur coram Deo, quot nõ idonei per ipsos promoti sua deceperint ignorantia. Hoc patet Ro. 1. dicente B. Paulo. Non solum qui talia agunt, digni sunt morte, sed & qui consentiunt facientibus. Ad hoc accedit illud, quod ponitur in. c. Quid enim prodest. di. 83. vbi sic dicitur. Quid enim prodest illi, suo errore non pollui: qui consensum præstat erranti? Si ita est de eo qui præstat consensum erranti: quid dicendum de eo, qui errantem promouet? Nam dicitur in. c. si, de iniuri, & dam. dato. sanê [inquit] Qui occasionem damni dat, damnum dedisse, videtur. Hoc notent, quorum interest prædictam facultatem aliis concedere, vt
non